Nobilissime Domine.

Contractae nuper Amicitiae fiducia me erigit
ad implorandum praesidium tuum, quo sine damno
id praestes, quod nec alius praestare potest.
Namque etiam ~~tamen~~ mihi hactenus Amor tui indicit,
ut non contemnam amicum; tamen vero Cultus, ut
non occupem tralatitiis officiis tantum vicem.
Dulcissimum humanitati tuae erit, me tibi
plane adservisse eo suffragio quod aliunde
despero. Sed quid longiore utor ambitu verbo-
rum? Cedit tamen Benignitas tua moram,
avida scire vota, ut impleat.   Coniugis
meae Frater Florentius de Crevelenbroeck
juvenili pietatis ardore junctus Societati
IESV adsit Bredae: qui e longinquo in-
tervallo, abest suos et sua invisere, ut
coram de summa vitae semel decernat, vel
sua inter suos distribuat, vel
recte optatius suis reddat. Is se (quod nisi
diplomate indiget tuto commeandi. In tamen rem
et per Europam: quod per Lovanium
Hartonius frustra ambivit, vel quia socios
praefinitoriae effecerunt, vel quia ipsi communi
de Societate praejudicio oneratur. Sed
extra omnem vitae suspicionem hic juvenis
est: eo magis, quod fidei obsidem habetis,
in subiecto vobis tractu de Oirschot, Dominum
Crevelenbroeck, non ignotas quia nobilem.
Oro igitur, meis impensis (quas tibi indicati
Nuntius prorogabit) diploma istud a Principe
tuo obtineas. cuius excelsa Celsitudo

[lower sheet]

mentibus ... tamquam singulis se-
mihi servitutis commeandi ..., redempta
... : absque eo tamen, ut adstringat
... pagi temporarium ... sunt imagi-
narium domicilium. † ... moderandum

† Nam negotia urbana, et Studia Academica non permittunt.

(quae nullis personarum odiis turbatur) facile hoc sumet, ubi, te instruente, procul esse suspicionem intellexerit. Celeriter hoc si confeceris, id vero alterum beneficium interpretabor,

perpetuo cultu et obsequio
Nob.^tis^ Tuae cliens
Diodorus Tuldenus

Nuperas litteras meas ad te scio perlatas esse. Est iam sub prelo Commentarius meus in Codicem: [illegible] tunc demum lubens gratulabor, cum eum conspectui tuo exhibuero.

Lovan. 15 Jul. 1631

Syp. Mss. 8. Nr. 111